

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 10 : De Pandione

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 10 : De Pandione](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 11 : De Pandion](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 10 : De Pandion](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IX, 10 : De Pandione, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/947>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Pandion](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiae

hortabantur; & omnino per fabulas de hominibus confitatae ritam humanam
optimis moribus instituere conabantur. Sic igitur per Lycaonis fabulam,
cum, vel Deos iplos in hospitium mortalium aliquando accedere sumpta
pauperum figura dicerent, humanitate aduersus omnes hospites uti oportet
significabant: quod si quis parui Deorum presentiam facere videretur,
neque moueretur eorum reverentia, quia Deos nemini infensos esse crede-
ret, hunc ingentibus premis & pollicitationibus ad probitatem adhortabatur,
cum multa premis honorifica data sint a Diis, humanis & benignis ho-
spitibus: quale fuit munus Triptolemi. At contra permulta sunt exempla,
qui a crudelitate & perfidia in hospites deterrabant, quod accidit conuiuio
Pelopis, & eorum qui grauissime ob suam crudelitatem ab Hercule, & ab aliis
Deorum filiis sunt oppressi. Quis enim cum videat ex altera parte ingentia
supplicia fontibus a Diis irrogari, ex altera laudes, & gloriam, & honorifica
premis viris bonis esse proposita; supplicia potius elegerit, & se sanx men-
tis esse fateri audeat? At de Lycaone satis, nunc de Pandione dicamus.

10

De Pandione,

Cap. X.

20 **F**uit Pandion illius Erichthonii, qui, pulso Ampliachyone de regno, Athe-
nis imperauit, & Pasithex Naidis Nympharum filius, vt scripsit Apollodo-
rus libro tertio Bibliothecae. Hic mortuo patre Erichthonio in regnum
successit, quo tempore Ceres & Liber p[ri]m[us] in Atticā venerunt. Fuit vir bonus
fuisse Pandion, sed una in re parum fortunatus, quod filiam pregnē, (nam il-
lam & Philomelam, & geminos Erechtheum ac Butem, ē Zeuxippe matris
fuss sorore suscepserat, vt ait Apollod. lib. tertio.) Tertio Martis & Bisonti-
dis filio, quo socio in bello de finibus aduersus Labdacum usus fuerat, strenuo
fanē viro, at nefario, & in libidinem propè fario, in matrimonium concesser-
it. Eius enim libido ipsum denique in eam rerum domesticatum difficulta-
tem induxit, vt ipsi in pupam verti satius fuerit denique, quam hominem
30 viuere; cum Progne & Philomela & Itys in aues fuerint converte cum sum-
ma eius familie ignominia & opprobrio, vt ait Horatius lib. 3. Carminum;

Nidum ponit, Itym fribiliter gewens
Infelix avis, & Cecropiae domus
Aeternum opprobrium.

Fuerunt autem Pandiones complures. Dicunt enim quod vbi Boreas Zetem
& Calaim ex Orychia proceperat, & Cleopatram, illa nupsit Phineo, de qua
ille Pleuxippum & Pandionem suscepit, quamuis alii eos vocatos fuisse Te-
rystamb & Aspondum maluerunt. Hi post matris mortem parui adhuc exi-
flentes ab idea Dardani filia, vel, vt aliis placuit, Idothea nouerca, Cadmi
40 sorore lumine capti sunt: de quibus scripsit Apollodorus lib. 3. Fuit alius
Cecropis & Metiadus Eupalamus filius; sed reliqui omnes obscuri sunt, cum
vnuus Erichthonii filius, qui patri in regnum successit ob eam familie labē
celebratus fuerit a poetis. Hic filios habuit Aegeum, Lycum, Pallantem,
Nisum, vt ait Strabo libro nono, qui etiam carmina quādam ad eam rem
confirmandam ē tympanis Sophoclis recitauit. in quibus etiam descri-
ptum est, quæ locis singulis filiis pater possidenda tribuerit. Quod autem
Aegeus Pandionis filius patri in regnum succellerit, ita scriptum est a Pha-
nōdēmo in lib. 5. de rebus Atticis; αγανάκτησε πατέρα λαυρίου, επειδή πα-

τετράποδος θεός εἶναι τε. Καὶ τούτης χαλκίτης μάρμαρος. Αέγεος Πανδίονις φίλιος
cum imperaret Atheneis Metam primum Hopletis filiam uxorem duxit; po-
stea Chalcopen secundo natam ex Rhexenore. Sic Zezes hil. 142. chil. 7.
illi alios mares fuisse inquit;

τετράποδος θεός εἶναι τε. Καὶ τούτης χαλκίτης μάρμαρος.
Ζεὺς μάρμαρος τετράποδος θεός εἶναι τε.
Regi Athenarum nomine Pandioni
Mares erant filii, duxq; filiae.

Hec cum ita sint, miratus sum cur scripsicerit Pausanias in Atticis, Pandionem
nulos habuisse filios, qui suas iniurias persequerentur, quas a Rege Thra-
cig acceperat: nam si noluisset filios iniurias persequi, dixisset, facile illi af-
fentirem. Hec pauca dicenda duxi de Pandione, cum filiarum fabula supe-
rius explicata sit, ut siqua ibi desiderarentur, hinc accipi possent. Atq; cur
sinta sint hec, ex illis superioribus arbitror patuisse. At nunc de Erichthonio.

10

De Erichthonio,

Cap. XI.

Enī numero dictum est superius, Vulcanum cum arma Ioui, quibus in bel-
lo aduersus gigantes vius est, fabricasset pro laboris diligentia que mer-
cede obtinuisse, ut Iupiter iuraret per Stygiam paludem quodcunque
poposceret, se illi concessurum. At Vulcanus Mineruam nuptias, cui Iupiter
perpetuam virginitatem concesserat, postulauit: id abnuere quidem non
potuit, sed clam Mineruam monuit ut reluctaretur. Cum igitur Mineruam
adūisset Vulcanus, dicitur inter luctādum semen profudisse, quod in terram
fusum in hominem conuersum est: quare inquit Pausanias in Atticis huic
patrem fuisse neminem mortalim, sed quoniam ex terra & contentione sit
genitus Vulcani, ita fuisse nominatum. Hunc terrigenam & inter serpentes
educatum fuisse scripsit Eurip. in tone hoc pacto;

20

αρχέσθε νέοντα τετράποδος, Τέττα προστάτη
εριχθίων. κατόπιν δέ τοις αρχή
φρυγώ αρχίτερας φύλακας προστάτης
δικτυού δράστης, αρχίτερος ἀρχαλίτης
αίδης σύζητος. Θεος ορχήστης ιερού
Νέμει τοις Επτά, έφιππος χρυσοδάστης
τρίσιον τινά.

Seruans auorum legem, & è terra sati
Erichthonii. Iouis puella namq; ei
Duos dracones corporis mox addidit
Custodias, deinde seruandum dedit
Atheniensibus puellis. mansit hinc
Mos ille Erechtheidis ut ornent filios
Serpentibus aureis.

30

Allii tamen dictum fuisse volunt non à contentione, quam ^{τεττα} significat, sed
de τεττα, a lana scilicet, qua Minerua femur sibi abstersit, cum semine
Vulcani inquinata fuerat, in terram coniecta. Inde postea dicti sunt terrige-
ni omnes Athenienses. Neque vero Erichthonius solum, sed etiam Erech-
theus dictus est; sic enim illum nominauit Homer. in Catalogo;

40

iii